IOHANNES CHRYSOSTOMUS
12. Jh. Seite 134v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



eminentior longanimus ut non percipiat uulne
rantes. Cum ille exacerbat. deride tu. noli autem pa
lam. ne illum amplius excites. sed ride apud te ipsum tui
gratia. Et enim pueri cum nos percusserint cum indignatio
ne tamquam ulciscentes. sed ipsos ridemus. Si igitur ri
deas. tantum erit inter te et illum. quantum inter puerum
et uirum. Si autem et tu exacerberis factus es puer. et
reuera stultiores sunt pueris qui irascuntur. Si enim
ad tendat aliquis ad puerum exacerbatum. nonne
irridet. Pusillanimus inquit fortis insensatus.
Qui igitur insensatus est. paruulus est. et longanimus
inquit multus in sapientia. Hanc igitur multam sa
pientiam consequamur. ut adipiscamur bona que repromis
sa sunt nobis in xpo ihu dno nro cum quo patri una
cum spu sco gla. imperium honor nunc et semper et in scla
scla. dm. Explicit Sermo xxii. Incipit sermo
xxiii.

FIDE NOE ORACVLO ACCEPTO
de his que ad huc non uidebantur me
tuens construxit archam ad salutem domus sue
per quam dampnauit mundum. et iusticie que per fidem
est factus heres fide inquit noe accepto oraculo.
sic et filius dei de aduentu suo loquens dicebat. in
diebus noe nubebant et nuptum dabant. Id circo
etiam apls et familiare exemplo eis rememorauit.
exemplum enim enoch fidei tantum fuit. exemplum hoc
autem noe et infidelitatis. Hec est perfecta consolatio